



**Claudii Fleurii Abbatis Historia Ecclesiastica**

Ab anno Christi 1521. usque ad annum 1525

**Fleury, Claude**

**August. Vind. [u.a.], 1769**

**VD18 90118472**

§. 118. Cæsar Italis manifestat, sibi conspirationem esse detectam.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-66495](https://nbn-resolving.de/urn:nbn:de:hbz:466:1-66495)

manifestaret consilia, simulque significa- Sæcn. XVI.  
A.G. 1525  
ret, se ejusmodi molitionibus simulate  
affensisse, easque detegere fuisse cun-  
ctatum, ut totam conspirationis seriem  
penitus assequeretur, eoque certius fœ-  
deratos falleret. Rescriptit Piscario Cæ-  
sar, eumque admonuit, ut cum Papa,  
Venetis, & Morono Cancellario agere  
pergeret: ipse vero interea cum iisdem  
rem ita gescit, ut brevi certæ in Italia  
pacis spes assulgere videretur.

§. CXVIII.

*Cæsar Italiam manifestat, sibi conspi-  
rationem esse detectam.*

Paulopost Imperator Castaldum ad Pi-  
scarium remisit, eique significari  
jussit, nunc e re fore, ut Italiam ostenda-  
tur, eorum conspirationem esse dete-  
ctam, proin Moronum Cancellarium cu-  
stodiæ dandum, nilque intentatum relin-  
quendum, ut Mediolanensis Ducatus  
rursum in Cæsaris obsequium revocetur.

§. CXIX.

*Cæsaris iussa Piscario data pro Me-  
diolanensi Ducatu expugnando.*

Piscarius accepto Cæsaris mandato Guicci. l. 16.  
quantocius copias suas auxit, Pa-  
piam & Laudam munimentis firmavit,  
ac nova his urbibus præsidia imposuit,  
denique Morono significari jussit, rupta  
Hist. Eccles. Tom. XXXIV. Oo omni